



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 156. Epistola Angeli Corarii ad Synodum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. gere, non damnat, dummodo intentio  
 A C. 1415. recipiendi temporale non fit finis princi-  
 palis, & aliunde absit scandalum & avari-  
 ritæ nota. Nam, inquit, si sub præ-  
 textu debiti salarii non exercerentur spi-  
 ritualia, nisi primo dentur temporalia, aut  
 si turpiter & cum scandalo atque avaritiæ  
 nota exigenterentur, possent haberi suspecti de  
 simoniaca pravitate sic facientes.

## §. CLVI.

*Epistola Angeli Corarii ad Synodum.*

Vander  
 Hardt to. 4.  
 p. 551.

Die septima Decembris convenerant  
 Nationum Deputati, Epistolam le-  
 cturi, quam Angelus Corarius quondam  
 Gregorius XII. ad Concilium, & quidem  
 propria manu scripsit, quod a tempore  
 suæ abdicationis hucusque nunquam fe-  
 cerat. Epistolæ inscriptio hæc erat: *Sa-  
 cro sanctæ Universali Synodo Constantiensi  
 devotionem, & submissionem cum humili sui  
 recommendatione, ad calcem vero subscri-  
 ptus legebatur, humilis & devotus vester  
 Angelus Corario, Episcopus, & S. R. E.  
 Cardinalis.* In ea confirmat cessionem  
 suam, quam *Sacrificium juris sui pro bono  
 pacis Ecclesiæ factum* appellat. Synodo  
 gratias agit pro habita ratione dignitatis,  
 ac status sui, eam ad prosequendum unio-  
 nis negotium adhortatur, & scribendi  
 moram excusat, eo quod Oratores exspe-  
 ctaret,

ctaret, quos Synodus ad se mittere debuisse, qui tamen non comparuerunt. Sæcul. XV.  
A.C. 1415.  
Hæc epistola data est Recineti die septima Octobris.

## §. CLVII.

*Argentinenſis Episcopi cauſſa in Synodo ventilata.*

Argentinenſis Episcopi cauſſa aliquamdiu Patrum ſollicitudinem fatigavit. Ibid. p. 551.  
Præſul iſte, cui nomen Guilielmus de Dieſt, juffu ſuorum Canonicorum, & Argentinenſis Magiſtratus Molshemii comprehenſus fuit, eoquod bona quædam Eccleſiæ alienare meditaretur. Elector Palatinus, ad querelas Episcopi Synodo oblatas, Nationum coetum coegit, ut de mediis hanc cauſſam abſolvendi deliberarent. Ulro citroque ad Concilium miſſi fuere Advocati; Canonicorum ac Magiſtratus Cauſidici expoſuerunt, Episcopum ideo detentum, quia periculum eſſet in mora, ne caſtrum Bernenſe, & oppidum *Zabern* ſeu *Tabernæ* Alſaticæ dictum alienaret, & pro certa pecuniæ ſumma, ad ducendam uxorem impendenda, quibusdam ſæcularibus venderet. Subjungunt, eundem Episcopum jam ultra viginti caſtra Argentinenſis Eccleſiæ alienaſſe, & hoc ære emiſſe terras, quas jure proprio poſſideret, Verbo, octodecim